

Vg
5312

Mr. 1
Wiel

D

R C

blic

M

S. T

Mu

Ms. 191.
Ms. 191

Oratio

Vg

5312

DE LVTHERO
ROMAGNO, PV-
blicis, & clancularijs eius Masty-
gibus opposita,

Ab Autore:

MATTHIA HOE,

S. Theologiae Candidato, verbi diuini in Aula
Dresdanâ Ministro.

Pfal. 112.

In memoriâ æternâ erit iustus.



Mulhusii Tyrigetorum, ex officina typographica
Martini Spiessii. 1602.



DI
MA
pub
In
L
cade
curr
fum
rosi
rissi
viri
Præ
obse
mon
rum
tissi
Ger
rum
berg

3
Oratio

DE LVTHERO

MAGNO, CONTEMPTORIBVS

publicis & clancularijs eiusdem Ma-
stygibus opposita.

*In nomine Patris & Filii &
Spiritus Sancti, Amen.*

Ro beato LVTHERO, Ger-
maniae nostrae Prophetâ, Ec-
clesiarum Sinceriorum Euân-
gelistâ, VVitebergensis A-
cademiae parente & præceptore, pro
curru, pro auxigâ Israelis, verba facturus Philip. Mel
sum, Magnifice Domine Rector, Gene-
rosi Domini Barones, Reuerendi, Cla-
rissimi, Consulissimi, Excellentissimiq;
viri, Domini Doctores & Professores
Præstantissimi, Præceptores perpetuâ
obseruantia dignissimi, tuq; Nobilissi-
morum & doctissimorum Domino-
rum commilitonnm corona frequen-
tissima, pro beato inquam Luthero,
Germaniae nostrae Propheta, Ecclesia-
rum sinceriorum Euangelista, VVite-
bergensis Academiae Parente & Præce-

A 2 pto

ptore, pro curru pro Auriga Israëlis verba facturus sum. Non ea, quæ vel tanto viro, qui incomparabilis solus post Apostolorum secula extitit: Vel vestris auribus, eruditione præclarâ politissimis, digna futura sperem: sed qualia tyronibus, qualia conantibus hoc in loco augustissimo benevolentia & autoritate Rectoris Magnifici proferre permisum est. Sic me suprema conscientia meæ gratitudo adigit, quam præter DEVM, si vlli mortaliū Sanctissimo Megalandro Luthero me debere libenter profiteor. Huius enim viri celebritas, huius viri singularis in doctrina cælesti puritas, sola, sola VVitebergam me aduexit: quam boni parentis bonam adspectare filiam, tanto ardore semper expetiui, vt, quia tandem eam adire mihi contigit, si summum aliquod bonum ex Philosophorum consuetudine, hac in vitâ extra DEVM statuendum mihi fuerit, non dubitem sonora voce publicitus illud me iam consecutam proclamare dum vvitebergam istam vidi: hoc est, ipsum Lutherum rediuuium vidi. Mirum sine dubio aliquibus, præsertim

VViteberga
hoc est Lu-
therus redi-
uius.

sacra-

sacramentariae gentis complicibus videbitur in Luthero Rediuiuo temporalem felicitatem meam collocari? Mirum autem mihi vicissim hoc vlli saniorum mirabile videri. Quidni enim potius Porcum illum Aristippum, qui voluptatem, quam escam serpentis, Cicutam virtutis, spumam & spermam Veneris, sentinam ac tædam omnis turpitudinis pestemq; quasi communem nobis cum beluis rectè doctiores indigitarunt, summum suum bonum constituit, irrideas? Quidni Periander, in honore, id est, lubrica fortunæ scalâ felicitatem, collocans, mirabilis fuisse videatur? Cecidit enim Cæsar cum pompâ, cecidit Alexander cum sceptro: Non cecidit Lutherus cum Luthero. Imò vero si Midæ, per diuitiarum ac opum abundantiam, qua tamen miserrimè perijt, nihilominus se felicem prædicare licuit: Si Socrati scientiam, Platoni Ideam, Zenoni virtutem, Dioni prudentiam, si alijs aliud felicitatis anchoram jactitare fas fuit: quis nisi extremè impudens homo mihi dicam ex merito scripturus est, quippe qui non Porcum A-

An secundū Philosophorum consuetudinem in Luthero vel viuo vel rediuiuo temporalis felicitas collocari possit?

Aff.

Aristippus.

Periander.

Midas.

Socrates.

Plato.

zeno.

Dion.



Oratio

Lutherus in
Luthero vo-
luptas daui-
dica: & ra-
tione mini-
sterij verbi-
que prædi-
cati diuitia-
rum, coele-
stium di-
spensatio:
Scientia fa-
lutifera:

ristippum, hoc est, voluptatem belui-
nam, non Cræsum & Midam, id est, di-
uitias mundanas, non Socratem, non
Platonem, non Zenonem, non Dio-
nem, id est, non scientiam, virtutem,
prudentiam, sapientiam puram putam
humanam: Sed Lutherum Lutherum
inquam, id est, voluptatem Davidicam
meditari in lege Domini, diuitias coele-
stes abundare gratiâ & pace spirituali,
scientiam & sapientiam eam, quæ in co-
gnitione veri DEI & quem misit IESUS
CHRISTI, adeoq; in ipsa æterna feli-
citate occupata est, pro fine in vita mea
præsenti exoptato constituo. Hæc enim
singula partim in Lutheri nostri Perso-
na, partim in sincerissimo Euangelij à
se prædicati Ministerio maximè conspi-
cua fuisse, nulli vestrum ignotum esse
arbitror. Non itaq; Lutherum, vt ho-
minem vulgarem: sed vt doctrinæ E-
uangelicæ instauratorem, verbi Aposto-
lici explanatorem, animarum oppressa-
rum per ministerium verbi DEI, recre-
atorem me suspicere, venerari, ac reue-
reri putetis: de quo illud viri Magnifici,
VVolfgangi Seueri, vel imprimis ἀλη-
θῶς vsurpandum censeo:

Propositio
de Luthero
Magno

Iape

La peti a
Nem
H
dentiu
ceptab
tation
bere,
Luthe
mini
pient
sum f
ctus, i
genti
tus, e
DE C
hono
nia (q
q. an
mem
dict
cum
tusq
tes p
ben
miss
con
vt si

*La peti de gente prior: maior q³ Luthero
Nemo fuit, sed nec credo futurus erit.*

Hoc vt tanto Syncophantis sit euidentius, vobis auditoribus pijs³ ac ceptabilius, lubet anniuersariae parentationis loco breuiter & *παχυλῶς* exhibere, quantum, quantum, quantum Lutherum VViteberga hæc, Sion Domini & noua DEI Hierusalem à qua sapientiam toti mundo mutuari necessum fuit, habuerit, vt sic amor & affectus, in multorum animis, vel per negligentiam vel per ingratitude sopitus, excitetur, instauretur, debitusque DEO & sancto eius organo Luthero honos attribuatur: Vbi tamen non omnia (cuius enim angeli hoc esset) nec q. ante ignota, sed pauca, sed semper memorim mente deprecanda vobis medieturum sperabitis: quod dum facio, cum omnipotentis DEI gratiâ, Spiritusq; Sancti præsidio, vestrum auditores præstantissimi fauorem, solitamq; beneuolentiam & attentionem submissè ac reuerenter imploro. More & consuetudine Spiritus S. receptum est, vt si quando DEVS aliquid inusitatum

& stupendum in populo suo operari de-
 creuit, organum illud sibi delectum &
 dilectum vaticinijs piorum prius com-
 mendare & prophetijs ceu voluntatis
 suæ affixis sigillis exornare soleat: id
 quod in Helia Secundo, Iohanne Ba-
 ptistâ Insigni DEI confessore & Serua-
 toris IESU CHRISTI selecto Prodro-
 mo perspicuè videre licet: De eo enim
 annis aliquot ante centum, S. S. per os
 Malachiæ Prophetæ prædixit, facta, ope-
 ra & Miracula Iohannis futura ceu præ-
 sentia demonstravit. Nihil dissimilis
 videtur fuisse DEVS in mirabili Eccle-
 siam suam miseram á fecibus Pontifici-
 orum reformandi proposito: dum ex
 misericordia & φιλανθρωπία erga Chri-
 stianos afflictos inenarrabili, seruitutis
 jugum ijs adimere, captiuitatem Baby-
 lonicam soluere. & duplicationem late-
 rum plusquam, Aegyptiacam radicitus
 tollere constituit. Ad quod præclarum
 opus & miraculum plane stupendum,
 organo vti voluit homine per se igno-
 bili & contempto, Martino Luthero,
 Monacho Pontificio, & Christi Iesu Ser-
 uatoris, primum ad Pauli instar aduer-
 sario:

Deus de Vi-
 ris magnis
 vaticinia e-
 dere solet.
 Malach. 4.
 v. 5, & 6.

Lutherus or-
 ganum DEI
 ad reformā-
 dum papatū

sario
 nouā
 ad fic
 ro, q
 vatici
 ampl
 Spirit
 cente
 rum
 ignot
 in me
 D
 tyrio
 ille D
 cum
 tibus
 steret
 Apol
 briur
 tificu
 tu op
 cora
 lio C
 tand
 Rom
 quar
 roni

ario : Post autem in viâ Damascenâ
nouâ id est VVitebergensi miraculos :
ad fidem veram conuerso : De hoc vi-
ro, quanta extent & à S. S. & alijs pijs
vaticinia, nemini vestrum ignotum
amplius esse confido. Mittam nunc
Spiritus Sancti oracula, quæ infra re-
centenda erunt : Aliarum Prophetia-
rum recordationem non quasi ante
ignotarum sed semper prædicandarum
in memoriam vestram reuocabo.

Doctrinâ famâ, sinceritate & Mar-
tyrio nobilis est iam dudum insignis
ille DEI confessor Iohannes Huss. qui
cum diabolicis Romanensium dogma-
tibus, intrepido, inuictoque zelo resi-
steret, articulos & decreta Apostolica,
Apostolica inquam ad veritatis æquili-
brium appenderet: Tyrannidem pon-
tificum crudelissimam heroico Spiri-
tu oppugnaret, oppugnatam publicè
coram vniuersis sacrificulis in conci-
lio Constantiensi defēderet, ad rogam
tandem & ad cineres sceleratissimâ
Romanensium perfidia damnatus est,
quam poenam patienter subiturus co-
ronidis vel Testamenti q. loco tum

Iohannes
Huss. tempo-
re Martyrij.
Sui de Luthe-
ro prophe-
tiam edidit.

conuasatis illis rasis fraterculis propheticam egregiam legauit inquit: Macti, Mactate, vrite, exoffate nunc anferem. (Ad nominis sui Bohemici Etymologiam respiciens) Aderit vobis annis ab hinc 100. Cygnus, cuius vocem inuiti audire cogemini: Ad quem comburendum vniuersa vestra potentia, quanta sit, nunquam sufficere possit: Cygnus prædicatur: At quem vos Cygnum apparuisse, censetis? Lutherus est, Lutherus, qui completo Iohannis Hussi seculo cælitus ad cantandum DEO, Cygneum canticum vocatus, ad prædicandum Euangelium excitatus, ad reformandam pontificiorum colluuiem, paucis ad implendum prophetæ Constantiensis vaticinium, diuinâ sacrosanctæ Trinitatis prouidentia ordinatus. Historia hæc est. Prophetia est sancta fide munitissima, quæ licet Pontificuli multis modis ei contradicere satagant, sua tamē perpetua veracitate persistat constantissime: Audiui nuper Iesuitam hac ratione eam impugnare quod in Iohannis Hussi operibus ab ipso viuo editis nulpiam scriptam inuenit:

Lutherus
cygnus suauissimus.

nerit:
mehe
Nunq
rantia
riæ a
stupid
trem
adem
re del
fime,
aium
obscu
& ten
salter
magi
tester
de co
dose
ctu I
stico
gnâ:
dem
ctissi
adiu
supp
exti
pess

nerit: At Misella hæc ratiuncula, tanto
mehercle Theologo indignissima.
Nunquid enim ab imperitia ab igno-
rantia à ruditate tuâ ad falsitatem histo-
riæ argumentaberis? Nunquid non
stupidus es, qui historiarum, quæ in ex-
tremo vitæ sceleratâ Tyrannide vestrâ
ademptæ spatio contigit, ab ipso autho-
re descriptam expetis? Impostor vanif-
sime, licebit hoc mendaci pallio om-
nium de martyribus historiarum fidem
obscurare & obtegere? Verum operam
& tempus perdo, dum vanitatem istam
saltem recenseo. Properandum est ad
magnum illum veritatis Evangelicæ
testem Hieronymum Sauanarolam,
de eo fide digna apud scriptores Candi-
dos exstat relatio. Quod, cum ex insti-
ctu DEI ter opt. Max. horrendas papi-
sticornum idolatrarum blasphemias, ma-
gnâ animi constantia aggrediendo, eas-
dem concionibus ac scriptis suis inui-
ctissimè confutando, hinc viuis igni
adiudicaretur, nihilq; certius quàm
supplicij decreti executio expectanda &
extimescenda ipsi esset: Sæpius ante pe-
pessum Martyrium prænunciauen-

Hieronimi
Sauanarola
prædictio de
B. Luthero

præ foribus imminere natiuitatem eius, qui papatus horrendam idolomaniam intrepidè adoriturus, DEIq; institutum opus absq; vlllo impedimento expediturus sit: Huius vaticiniij solennitas, tanto in Luthero nostro elucescit euidentius, quanto maiori odio semper Romanensium caterua eam persecuta est: Nimirum splendor veritatis ipsos aduertariorum oculos perlustrauit. Hoc enim ipso anno quo Sanctissimus Martyr Sauanarola natiuitatem reformatoris cuiusdam imminere prædixit, anno nimirum, supra millesimū quadringentesimum, octuagesimo tertio, nascitur Islebiæ reformator noster felicissimus, Lutherus: Vt vel ex huius oraculi veritate authoritas B. Lutheri pijs quibusuis euidentissima esse possit. Quo accedit Monachi Isenacēsis, cuius in Apologia Augustanæ confessionis honorificentissima fit mentio, testimonium. Hic animam Papatus, Missam videlicet execratus, & sacræ Domini nostri Iesu Christi Eucharistiæ sub vtraque specie vsurpationem expetens, durissimo, perpetuoque vnicam hanc ob cau-

Natiuitas
Lutheri Pro-
phetia Saua-
narolæ cor-
respondet.

Vaticinium
Iohannis
Helten de B.
Luthero.

causam carcere mulctatus, & vt quidam referunt, fame enecatus est. Mirum, quid Monachus hic ad scopum? Dicam auditores & dicam hoc, prophetam ipsum de Luthero nostro longè nobilissimum, reliquisq; prædictis confessoribus, parasangis nullis inferiorem fuisse. Imperterritus enim carceris sui constituto præsidî sanctâ fide inculcavit, annum supra sesqui millesimum decimum sextum eiusmodi virum laturum, qui Monasteriorum fraudes, papisticas stupiditates, Pontificum insatiabilem ventrem ad stuporem, ad miraculum, ad necem vsque oppugnaturus sit. O Auditores magnum virum hunc, de quo ista prædicta: O magnum itaque B. nostrum Lutherum? Cuius primum conflictum contra indulgentias vanissimi Impostoris Tezelij hoc ipso anno millesimo quingentesimo decimo sexto factum & sic Henacensis Monachi vaticinium impletum, quis vel impudētissimorum etiam hostium negavit, quis negabit vnquam? Sensit perfectò hoc, præter celeberrimum Doctorem Iohannem Geilerum Keisers.

Annus reformationis
B. Lutheri.
15. 16.

sersbergium Monachus ille, (sed non
 Missaticus) D. Fleckius, qui Academia
 hanc VVitebergensem recens natam
 concione publicâ initiauit, & vaticidico
 Spiritu ab hoc ALBO MONTE (*Weis-*
senberg vel *Wittenberg*) orbem Chri-
 stianum sapientiam esse mutuaturum
 prædixit, sensit inquam hic Monachus,
 Prophetiam Isenacensem tum imple-
 tam esse: Cùm enim Theses Beati no-
 stri LUTHERI aduersus nundinatio-
 nes Indulgentiarum nuperrimè editas
 perlegeret, præ gaudio exclamauit: En
 adest, adest, quem diu præstolati sumus.
 Sensit hoc ipsum Nundinator Teze-
 lius, sensit Pontifex Romanus, quan-
 tum LUTHERVS iste Mercatui & nun-
 dinis eius Indulgentialibus nocuerit.
 Sentit id & sentiet etiamnum tristissi-
 mo hoc anno Iubilæo Romana illa be-
 stia, cum gemitu, cum dolore, cum
 marsupij auari damno perniciosissi-
 mo. Agnoscitis Auditores quam ma-
 gnifice DEVS LUTHERVM nostrum
 commendauerit? Quantum aliquan-
 do fore hunc virum per vaticinia cre-
 bra significauerit? At longè præclarius
 sentie

senti
 isto
 tu S
 iutric
 simè
 dem
 mita

St

O

V

bus
 Apo
 poll
 xiv
 min
 cuiu
 nem
 & pr
 duct
 meo
 neri
 grau

Sentietis, vbi ad opera ipsa ab organo isto DEI electissimo vaticinante Spiritu Sancto miraculosè præstanda: adiutrice præpotentis DEI dextrà felicissimè præstita peruenerimus: quæ quidem tanti sunt momenti, tantæ sublimitatis & excellentiæ, Vt:

*Si mihi tercentum linguæ, totidemq[ue]
sonarent*

*Ora, quot æthereo rutilant sub vertice
stella,*

*Vix tamen ad meritum saltem depingere
possem.*

Diuinus ille & præ reliquis omnibus Incomparabilis IESV CHRISTI Apostolus, pro eâ, qua ex S. S. fauore pollebat, venturorum præscientiâ *ἁγίου* & Antichristum magnum, hominem sceleratum, filium perditionis, cuius aduentus secundum operationem Sathanæ in omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, in templi DEI medio exoriturum, magnis turbis & oneribus populum Christi afflicturum, grauissimè prædixit. Heu lamentabilem

2. Thes. 2.
Apostolus
de Antichristi regno vastando prædicit.



lem Apostoli Prophetiam? Non blandus hic nobis puerulus; non læta credentium iubila; non fidelis ministerij Ecclesiastici executio, non iactura corporis prædicatur: Sed homo sceleratus, homo ferus, barbarus Christi personæ & doctrinæ aduersarius: Ecclesiæ miserimæ gemitus; Mysterij Euangelici Diabolicè fraudulenta administratio, aduerbum, inenarrabilis animarum multorum hominum interitus, & æterna damnatio præsignificantur. Iō verò lætissimam oraculo adiunctam Catastrophē? Aderit enim tempus, quo occultæ ἀντικειμένης huius fraudes, nefariæ machinationes, scelera horrenda, enormia flagitia, seductiones detestabiles, ipse totus Antichristus in apicum deduci, Spirituque oris Christi interfici in Synodo Sacrosanctæ Trinitatis constitutum est. Immò quid dico affuturum? Adfuit auditores, & adest tempus illud beatissimum, quo opera ista nobilissima effectui data sunt. Nemo enim Christianorum adeò hospes & rudis meo quidem iudicio futurus est, qui superiora mala, grassationem videlicet

B. Lutherus
Prophetiam
Paulinam
impleuit.

licet hominis scelerari, hisce præsertim
 ultimis præsentis vitæ seculis nimis gra-
 uiter, nimisque luculenter apparuisse
 non penitissimè sciat. Nouimus etenim
 hominem, qui supra omne extollitur
 quod DEVS est, aut quod colitur: qui in
 templo DEI sedet, ostendens se tan-
 quam sit DEVS, qui omnes Magistra-
 tus & principes, quos scripturæ DEOS
 vocat, ipsamque Maiestatem imperato-
 riam tanto transcendat interuallo,
 quanto Sol Lunam & aurum superat
 plumbum. Nouimus hominem cui
 Cæsar instar terræ; qui cæleste habet ar-
 bitrium, iura omnia in scrinio pectoris
 sui conscripta: Idem cum DEO confi-
 storium, idem cum Christo tribunal;
 plumbeos pedes; immobilis dans cun-
 cta moueri: Qui gubernator totius spi-
 ritualis machinæ, omnium princeps;
 rex regum; causæ omnium in Ecclesiâ
 militantium; subiectas possidens o-
 mnes creaturas; potestate præditus su-
 per coelestia, terrestria & infernalia: o-
 mnium Christianorum caput & pater,
 ex plenitudine potestatis, potens de iu-
 re supra ius dispensare, contra ius de-

2. Thest. r.
 Celestin. lib.
 6. decret. tit.
 Innocent.
 III. ad Im-
 perat. Con-
 stantinum.

Celestin. lib.
 6. decret.
 lib. 2.

Gomesius

Felinus.

B

cerne-

Ruinus,
Anton. de
Rosellis.
Canonistæ

Toan. de A-
nania.

Pius: II.

Thomas A-
quinas.

Romanus
Papa homo
sceleratus,
& filius per-
ditionis per
B Lutherum
declaratus.

cernere, maior omni creaturâ, maior
de Mose, maior Angelo, maior incomparabili
DEI Apostolo Paulo. Nouimus
hominem, qui facultatem habet for-
mam sacramentorum mutare, Aposto-
licis verbis derogare, contra Epistolas
Pauli statuere. Nouimus hominem,
cui absolutè credendum, cui leges om-
nes subiectæ, cui omnia licent, exper-
tem omnis iudicij, cum qui iudicat
omnes, à nemine iudicari possit. Noui-
mus hominem qui quoddam quasi
numen & quasi visibilem præ se fert
DEVM, à quo ne ad DEVM quidem ap-
pellari fas est: Immutantem naturas re-
rum, de Nihilo aliquid, immo omnia
quæ DEVS facit facientem; Dominum
Dominantium, cui data omnis pote-
stas in cœlo & in terra, regnâtem à ma-
ri vsque ad mare, à flumine vsq; ad ter-
minos orbis terrarum. Nouimus in-
quam hunc hominem sceleratum, &
eum esse malè feriatum illum detestan-
dæ Romanæ curiæ Præsulem, PAPAM
videlicet, per Ministerium Beatissimæ
nostri Theandri Lutheri reformatoris

à DEO

à DEO diuinitus ordinati felicissimi,
certissimè compertum habemus. Hic
enim est Organon illud nobilissimum,
per quod Spiritus oris Christi τὸν ἄν-
θρωπον τῆς ἁμαρτίας, ἡδὸν τῆς ἀπολείας,
ἀντικείμενον, καὶ ὑπεραιρόμενον ἐπὶ πάντα
λεγόμενον θεόν, ἀποδείκνυνται ἑαυτὸν, ὅτι
ὁ θεὸς, vt cum Apostolo loquar: in-
enarrabili dexteritate toti orbi Chri-
stianorum reuelauit, & ceu Diabo-
lum Papam istum fugiendum demon-
strauit: Hic est qui pontifices exo-
sos reddidit: fraudes ac Machinatio-
nes eorum Satanicas intrepidè de-
textit: paucis, qui Antichristum Spi-
ritu oris præditus ex prophetia Pau-
lina miraculosissimè interfecit. O insi-
gnè auditores hunc Lutherum, O ma-
gnū hunc Lutherum. Haud certè tan-
tum vniuersa sua potentia Barbarossa,
quantumuis Heros inuictissimus, non

2. Thes. 21

B 2

tantum

Antecessores B. Lutheri negotium non perfecerunt.

B. Lutherus Reformator ad finem usque felicissimus.

Henrici omnes, quantumlibet Sapientissimi: non Othones, non vniuersi imperatores, quamuis potentissimi esse ce-
runt, quantum hic vnus noster, vnus, vnus dico noster Megalander Lutherus. Nonnullana sanè laudem merentur. Reuerendi antecessores, sanctissimi nostri patris Lutheri, IOANNES HVSS, Sauanarola & alij innumeri, qui ipsi quoque Romanæ bestiae caput diminuere, ingrauescentem religionis barbariem repurgare veritatemq; Apostolicam asserere magno studio magno labore & assiduitate sategerunt. Sed quid obsit quò minus plenam efficaciam & lætam in ijs omnibus Coroniden desideremus. Malitiosissimâ enim Papæ tyrannide, aqua, ignis, funis, gladius obicem ipsis posuere, & sic inceptum opus ad vmbilicum perducere interdicto nimis virulento prohibuere? Noster Lutherus non saltem intrepido animo Pilatum, prælatum inquam illum Romanensem aggressus, & deformati ordinis Papistici reformationem exorsus, sed & eandem felicissimâ, telâ finitam contra Diabolum, contra eius squamas sacrifici-

crific
feror
dem
bus
tur,
quâ
cada
tus
ni de
henr
tu pr
pulo
nitur
nisi
stru
to m
dere
cium
illur
dra
quo
Ad
uict
Gaz
ma
Sed
Her

crificulos, imo contra omnes portas in-
 ferorum absolutissimam dedit: ita qui-
 dem, vt qui olim ab omnibus homini- 1. Reg. 5.
 bus idoli instar Dagonici Papa coleba-
 tur, nunc ex templo Astoth, quâ caput,
 quâ manus validissimè deturbatus, &
 cadaueris instar in mille partes disleca-
 tus sit: Quem Christiani exhorrent, bo-
 ni detestantur, pij votis ad æternam ge-
 hennam deducuntibus indefesso gemi-
 tu prosequuntur. Hæc illa ἐρέπυεια po-
 pulo Dei per Lutherum nostrum diui-
 nitus cōmunicata exoptatissima: Quæ
 nisi magnum efficiat Lutherum no-
 strum, quid est, quod vel vnum à condi-
 to mundo celebrem ac excellētem red-
 dere vel potuerit vel debuerit. Suspi-
 ciunt Fabulatores Ethnici insignem
 illum Herculem, qui Multicipitem Hy- Hercules.
 dram fortiter contuderit, & nescio
 quod Augiæ stabulum repurgauerit.
 Admiramur in sacrosanctis Biblijs in-
 uictissimum Heroa Simsonem portas
 Gazæ humeris suis impositas in altissi- Judic. 16.
 mam montis sublimitatem ferentem.
 Sed vilescunt singula, si hunc nostrum
 Heroa zelo domus Domini flagrantis-
 simum,

Apocal. 17.

Roma.

Lutherus
Christianus
Hercules &
Simson.ἁρρησία
fortitudo &
constantia
S. Lutheri.

simum, gladio Clypeoq; verbi purioris
munitissimum exactius pensitare veli-
mus. Lutherus enim colubrum illum
& Draconem ferocissimum, bestiam
septicipitem, de qua Iohannes in Apo-
calypsi malignissimam truncato vno
post alterum capite erepto vno post al-
terum regno ac imperio, ita tracta-
uit validè, vt vbi nunc Maiestatis suæ
capita, potentiaue impotentis dexteræ
reponat difficilime inuenire possit. Sta-
bulum illud suile, officinam iniquitatis
Emporium scelerum & flagitiorum,
templum Blasphemiae, cubile horren-
dissimarum idolomaniarum Romam
dico tantâ felicitate repurgauit, quantâ
vix quisquam fieri optauerit, nedum
vnquam vsquam sperarit. Habes ergo
in Luthero verum Christianum Her-
culem; Habes eundem Simsonem for-
tissimum qui portas Romanæ Babylo-
nis deturbatas, huc ad Albimontij, siue
V Vitebergæ nostræ sublimitatē in pu-
blici spectaculi proscenium spectādum
adduxit. Nulla Auditores in hoc viro
trepidatio, nihil vel in speciem saltem
pro defensione personæ suæ ad Princi-
pem vllam petitionis. Imò, quod ad-

mir
w ap
Lut
Lut
Gor
den
est,
mu
tus
nal
abs
aiu
tur
ver
uer
na
ter
ne
pra
.i.
ua
m
ne
m
ni
to
co

mirabile, eo noster Lutherus sanctæ
 τῶ ἀρρησίῃς & audaciæ progressus, vt non
 Lutherum à Principe, sed Principem à
 Luthero defentum iri Illustrissimo Ele-
 ctori Saxonix scriptitauerit. Quo co-
 dem inimitabilis constantiæ Zelo factū
 est, vt eum anno supra sesquimillesi-
 mum decimo octauo Augustam voca-
 tus, & coram Pontificis legato, Cardi-
 nale Caietano comparere iussus esset,
 absq; morâ V Vitebergâ eò curru quod
 aiunt Apostolico trāsmeauerit, & mul-
 tum diuq; de Apostasiâ sollicitatus non
 vel latam vnguem se discessurum iura-
 uerit. Imò quæsitus à Cardinale vbi
 nam Misellus Monachus aduersus po-
 tentissimas Romani præfulis vires ma-
 nere cogitaret, breuissimè quidem sed
 præclarissimè responderit: *Sub cælo ero,*
 .i. sicut & fremat vniuersa rafa cater-
 ua, fremat Diabolus, fremant squam-
 mæ, fremant ipsæ inferorum portæ, de-
 negent locum prouinciæ, inuideant
 mansionem terræ omnes; residuum
 nihilominus futurum, est τὸ λείπωμα ἐν
 τοῖς ἔθροισι. O inauditam in homine
 constantiam! O inimitabilem in Lu-
 thero

Lutherus
 sub cælo
 erit.

Lutheri
clauâ
PENNA.

Libri B.
Lutheri.

Tractat. de
Indulgen.
Tom. I.
lat. Icn.

thero fortitudinem? Maeste v. diuine
Luthere, Maeste & clauam tuam, quâ
suffultus es, tandem aliquando nobis
ediffere: Sed quid de clauâ quærito?
penna fuit. Ea certè fuit mi Luthere,
& sola fuit: Non tibi quæfiti sunt enses,
non armorum strepitus, non ferri san-
guinolenta potentia: sed penna, sed ca-
lamus, sed papyrus ad diminuendam
septicipitem bestiam, & Augiæ Roma-
næ stapulum perpurgandum vires uni-
uersas suggerere necessum habuit. Me
Christe in hanc pennam si animum
meum paulò intendo altius, & quam
sincerissimos libros, ceu Thesuros per-
petuos nobis reliquerit, considero dili-
gentius, præ magnitudine certè rei vo-
ce omni destituor. Ecquis enim vestrum
est, qui non legerit vel ad minimum vi-
derit tam immensitatem operum, quàm
eorundem æterna memoria deprædi-
candam excellētiam? Deus bone? quot
fortissima contra omnes hæreticos in
ijs exstant tonitrua? Quot tela in perni-
ciam idoli Papistici iacta felicissima?
Reperias inibi disputationem de indul-
gentijs nobilissimam, peculiari tracta-
tu ple-

tu ple
nobis
limio
boli o
num o
scom
quam
hoc n
per ca
delap
est: Ro
Roma
num o
hic vic
est. Re
politi
ciones
illa nu
tarior
ultimi
maior
ctatur
brum
næ; vt
pta ali
phetas
tim in

tu plenissimè elaboratam : quæ tantò nobis debet esse charior, quanto & sublimior & ab aduersarijs, foedis illis Diaboli oletis, Esauitas dico) genus hominum ex orco deriuatum, crebrioribus scommatis haftenus exposita, nec quicquam tamen deuieta fuit, Immo vel hoc nomine grata esse meretur, quod per eam, ceu primum fulmen coelitus delapsum, Curia Romana oppugnata est: Reperias librum aduersus Papatum Romanum à Satana institutum, quoniam elegantiore doctioreque Sol hic viderit, meritò dubitare necessum est. Reperias de seruo arbitrio sermones politissimos de abrogandâ missâ conciones grauissimas, vt taceam scripta illa nunquam satis laudanda Sacramentariorum nefarijs strophis opposita; de vltimis verbis Dauidis confessionem maiorem? confessionē minorem; Tractatum contra coelestes Prophetas; librum de immobilitate verborum coenae; vt taccā reuerā infinita diuina scripta alia, partim commentaria in Prophetas & Apostolos eruditissima; partim intricatissimarum quaestionū pra-

Liber contra Papat. Rom. à Diab. inst. Tom. 8. Germ. Ien.

Liber de seruo arbitrio Tom. 3. Lat.

De vlt. verbi Dauid. Tom. 8. Germ. Confessio maior. Confessio minor. Contra coelestes Prophetas. De immobil. verb. coenae.



Commen-
taria Bi-
blica.

Quæstiones
decisæ pra-
cticæ.

B. Lutheri
opera to-
tum Papa-
um refu-
tant.

Dogmata
Papistica à
B. Luthero
refutata.

Catech.
Rom. p. 12.
Lind. lib. 1.
c. 1. Soto
catal. de
mem. de-
funct. & in
schol. de S.
Seri. & de-
fen. de vno
pract. iud.

eticarum decisiones grauissimas conti-
nentia, quæ singula si enumerare pro
dignitate rei velim, singuli libri, in qui-
bus vix apex vnus recitatione indignus,
hic euoluendi essent. Compendio sal-
tem paucissima καθ' ἔλεγχον à B. Lu-
thero contra Pontificulos dexterrimè
pertractata ὡς ἐν συνόψει conspicienda
præbere lubet. Totum enim totum, ad
summam vsque totum Papatum opera
B. nostri Theandri refutatum cōtinent,
dogmata Pontificiorum horrēda, blas-
phema, impia, scurrilia, Diabolica, va-
lidissimè euersa, & voce Sacros. S. vene-
ni instar fugienda luculentissimè in ijs-
dem extant; qualia dogmata Papistarū
detestanda sunt hæc: Traditiones Apo-
stolicas verius Apostaticas scripto & ex-
presso Dei verbo Biblico æquiparandas,
Literas sacras esse imperfectas, ad refu-
tandas hereses insufficientes, obscuras,
materias litis, prouerbiales, ænigmati-
cas, dubias, incertas, similes plumbeæ
regulæ, Flexibiles, cerei nasi instar, mor-
tuas, fabellas Aelopicas, autoritate Ca-
nonicâ destitutas, Laicorum saluti ob-
earundem lectionem perniciosas. Le-

gem

gem
saria
pols
ra op
præf
esse
ti nil
cupi
grita
non
quo
quæ
miss
Pila
uau
Spi
tant
hon
suæ
uer
tali
sup
iam
lose
qua
ren
lis,

gem Dei ad salutem omninò esse neces-
 sariam, & in hac vita maxime impletu
 possibilem; vt etiam maiora ac sanctio-
 ra opera, quàm lex requirit ab hominib.
 præstari possint; Peccatum originis aut
 esse nullum, aut per exiguum, de eo cer-
 ti nihil quicquam definiendum: Con-
 cupiscentiam vtpote in ipso statu inte-
 gritatis existentem peccati rationem
 non obtinere: peccata actualia, in quæ
 quotidie labimur, & leuia & minuta:
 quæuis scelera, quantumuis atrociam re-
 missibilia: præterquam si quis Papæ &
 Pilatorum eius traditiones non obser-
 uauerit: Liberum arbitrium in rebus
 Spiritualibus non esse extinctum, sed
 tantummodo fractum & attenuatum,
 hominem se posse arbitrio voluntatis
 suæ ad gratiam præparare, ad Deum cõ-
 uertere, & quatumuis in peccato mor-
 tali existat, puris tamen naturalib. Deũ
 super omnia diligere, immò gentes et-
 iam potuisse sibi eam notitiam ex Phi-
 losophiæ contemplatione comparare,
 quæ ad salutem æternam sufficiat: pa-
 rem libertatem esse in Deo & in Diabo-
 lis, in Creatore & Creaturis, angelis &
 homi-

pag. 1087.
 Soro de le-
 ge trid.
 conc. sess.
 6. can. 18.
 Catech.
 Rom.
 Thom.
 4. dist. 21.
 quæst. 1. 2. 3.
 trid. con.
 sess. 6. c. 1.
 Lombard.
 lib. 2. dist.
 24.
 rapperus
 de lib. ar-
 bit.
 Andradius
 lib. 3.

onti-
 e pro
 n qui-
 gnus,
 o sal-
 B. Lu-
 rimè
 ienda
 m, ad
 epera
 nent,
 , blas-
 a, va-
 vene-
 in ijs-
 istarũ
 Apo-
 & ex-
 ndas,
 l refu-
 curas,
 mati-
 mbeæ
 mor-
 te Ca-
 ui ob
 s. Le-
 gem

Con. Trid.
sess. 6. ca. 11

Andrad.

Andrad.
Cat. Rom.
Con. Trid.
sess. 6. can.
21 & 8.
Andradus
lib. 6.

Andrad.
lib. 3. Lind.
lib. 3. c. 20.

Lind. lib.
4. c. 84. So
to defens.
Cathol.
de Eccl.
pag. 96.

hominibus bonis & malis: Iustificatio-
nem coram Deo nec sola gratia, nec so-
la imputatione iusticiæ & obædientiæ
Christi, nec sola remissione peccatorum
hominibus contingere: imputatiuam
iustitiam esse amentissimam insaniam,
& à catholica doctrina maximè alic-
nam: Fidem non significare fiduciam
misericordiæ Dei per & propter Chri-
stum remittentis peccata; fiduciam in
Christum & in impijs & hæreticis exi-
stere posse; Vnicuique in hac vita dubi-
tandum esse de clementi Dei erga se vo-
luntate & gratia; neminem an in gratia
Dei sit, de se posse statuere: Bona opera
esse quæcunque, siue ad amulsim De-
calogi congruant, siue non: Opera iu-
stificatorum in hac vita esse perfecta,
necessaria ad salutem, per ea expiari no-
stra peccata, placari iram Dei, impetra-
ri vitam æternam: Ecclesiam veram ef-
se cætum fidelium, ita de religione cõ-
sistentium; vt tanquam visibile ca-
put Romanum Pontificem agnoscant,
nec signum Ecclesiæ esse sinceram Eu-
angelij prædicationem, sed cum agni-
tione vnius capitis Romanæ Pontificis,
conti-

conti
Sakra
pere
mun
non
gratia
& vin
nere
sangu
nou
prim
tur in
illud
cis c
miss
stian
dis a
ben
stia a
pati
ben
con
pœ
Sac
se v
bus
CA

catio-
nec fo-
cientia
atoru
tiam
niam,
e alie-
ciam
Chri-
am in
is exi-
dubi-
se vo-
gratia
opera
n De-
era iu-
fecta,
ari no-
petra-
am ef-
ne co-
le ca-
scant,
m Eu-
agni-
ficis,
conti-

continua Episcoporum successionem ;
Sacramenta esse septem, per quæ ex o-
pere operato gratia conferatur: Baptis-
mum Iohannis Sacramenti rationem
non obtinuisse, cum ex opere operato
gratiam non contulerit; In coena panẽ
& vinum post cõsecrationem non ma-
nere, sed transubstantiari in corpus &
sanguinem Christi: In coena semper de
novo creari corpus Christi, quod quã-
primum dentibus teratur, mox rapia-
tur in coelum Empyreum, peculiari die
illud venerandum, sub vna specie Lai-
cis communicandum; celebrationem
missæ esse sacrificiũ pro qualibet Chri-
stiani populi necessitate; pro impetran-
dis à Deo corporalibus & spiritualibus
beneficijs. Missam dictam quod sit ho-
stia à nobis transmissa Christo, vt apud
patrem pro nobis intercedat: deleri eius
beneficio peccatum mortale in alterius
conscientia, ad remissionem culpæ &
pœnarum viuus ac mortuis prodesse;
Sacrificulum per Missam applicare pos-
se virtutem passionis CHRISTI, qui
bus velit; generalissimè ECCLESIAE
CATHOLICAE, specialissimè Sacri-
ficulo,

Con. trid.
sels. 7.
can. 8.

Marsil. 4.
sent. q. 2.
art. 2. trid.
conc. sels.
3. can 3.
Gloss. de
consecr.
distinct. 2.
trid. con.
sels 3. can.
5. & sels 5.
can. 1. & 2.
Osius ad
regem
Aug. Pol.

Lind. lib. 4
pag. 375.
Biel. in
can. Miss.
lib. 26.

Lind. l.
4. capit.
Biel.

Bulla Leo-
nis X. ex-
trauag. lib.
5. tit. 9.

Them-
nicin præ-
fat. ert.
part. Con.
2rid.

ficulo, specialiter fundatori & ijs, quo-
rū nomine missa peragitur; Indulgen-
tias Papales tam esse salutare & effica-
ces, vt ad tinnitum denarij infundo ci-
stæ, & purgatorio animas liberare, & ad
coelum euehere possint: Papam in an-
no iubilæo plenissimam omnium pec-
catorum, præteritorum, & futurorum
remissionem, Basilicas Petri & Pauli &
Lateranensium Ecclesias visitantibus
promittere posse. Hæc inquã & similia
(Paucissima n. saltem ex infinito erro-
rum æquore retulimus) impijssima
Pontificiorum dogmata, emoriar nisi
vnicus noster Megalander Lutherus so-
lidissimè singula confutauerit, ex vnicò
verbo Dei redarguerit, ad æquilibrium
veritatis Propheticæ & Apostolicæ ap-
pensa pensitauerit, omnib. Christianis
ea falsa esse inuictè primus demonstra-
uerit, vt verbo dicam, funditus, penitifi-
simeq; in operibus suis verè θεοπνεύσους
euerterit. Hoc est Auditores, quod Pon-
tificij libros Lutheri vtpote suæ causæ
sceleratæ minimè patrocinantes se ve-
rissimè comburi mēdant. Hoc est quod
Robertus ille Bellarminus Sophista lō-

gè in

gè ineptis. Asellus impudentis. vniuersas suas suorumque gregalium vires in oppugnandis Lutheri voluminib. tentat. Hoc est quod vniuersi hæretici in operib. B. nostri Lutheri suggillare & calumnianti labello traducere conantur: Scimus quãto odio prosequãtur ea Sacramentarij & Cryptocaluiniani, qui suo

Chemnic
ibidem.

rum patronorũ *Φλυαρίαις* rãcidas nobilissimo huic Thesauro Lutherano non saltẽ æquipõderare, sed longissimẽ præferre conãtur. Verũm incalsũ homines isti miselli laborant; Solus Lutherus, Solus, Solus quoad Scriptorum sanctitatẽ, mentisq; eruditionẽ Theologicã post Apostolos exstitit incomparabilis:

Georg.
Fabric.

Huic par est nullus, placeat non deneger eius

Discipulus, cui laus contigit ista, sat est:

Incipit hæreticus fieri qui scripta Lutheri

Carpit, & infernum, ni resipiscat adit.

Non possum, quin *παραφραδικῶς* Excellentissimi Theologi, D. D. Chemnicij, p. m. iudiciũ, de B. Lutheri nostri scriptis grauiissimum in memoriam Dominorũ commilitonũ reuocem. Is in opere locorum communium verẽ aureo & inimitabili (part. 3. fol. 46.) eleganter sic ait:

παραίνεσις D. D. Chemnicij ad lectiõnem librorum B. Lutheri.

sic ait: Quod Quintilianus dicit; ille
 sciat multum se in literis profecisse cui
 Cicero plurimum placebit: Idem ego
 de L V T H E R O libenter vsurpo; Ille
 sciat se in Theologia multum profecif-
 se, cui L V T H E R I scripta plurimum
 placebunt. Et ad lectionem horum scri-
 ptorum omnibus modis est inuitanda
 iuuentus. Excellens certè excellentis vi-
 ri testimonium, quod num magis ab
 authoritate dicentis personæ, satis sanè
 magnæ, quam ipsa rei veritate inuictif-
 sima obseruandum, penes sinceros &
 candidos iudicandi potestas fuerit. O
 quam dignissima laude hic ipse Chem-
 nitius (in part. 3. Exam. Conc. Trid.
 præfat.) Illustrissimum Electorem Brã-
 deburgicū Dominum, Dominum I O-
 HANNEM GEORGIVM celebrat &
 extollit, qui nimirum piè & prudenter
 fecerit, quod authoritate publica Ec-
 clesijs suis lectionem scriptorum D.
 L V T H E R I diligenter commendaue-
 rit, cum non Pontificij solum sed & Sa-
 cramentarij clancularij L V T H E R I
 scripta de hominum manibus excutere
 ideo conentur, vt suis erroribus in Ec-
 clesia

; ille
 se cui
 nego
 ; ille
 fecif-
 mum
 n scri-
 anda
 tis vi-
 gis ab
 is sanè
 uictif-
 ros &
 rit. O
 hem-
 Trid.
 m Brā-
 m I o-
 brat &
 denter
 ica Ec-
 um D.
 ndaue-
 d & Sa-
 H E R I
 xcutere
 s in Ec-
 clesia

clesia liberior grassari queant. Habetis
 ergo Auditores politissimi hactenus
 Lutherum viuum & mortuum Papæ
 pestem præsentissimam. Habetis eum
 qui Spiritu S. ad debellandam Romanæ
 bestię superbiam, ad seruitutis Babylo-
 nicæ tollendam iniuriam cœlitus ordi-
 natus est. Habetis eum, quem nisi ingra-
 tissimus nebulo Maximū hic se postre-
 mæ ætatis seculum Theologum nega-
 re ausus fuerit : Euangelistam habetis,
 Dei seruum habetis fideliss. Si paucis
 multa audire cupitis, habetis in eo vir-
 tutum omnium exemplar lucidissimū:
 in homine humanæ imbecillitatis con-
 fessorem ingenuum: In Christiano Dei
 & Seruatoris nostri Iesu Christi cultorē
 strenuum. In Theologo verbi diuini af-
 fertorem *καυτελῶς* sincerum : doctrinæ
 purioris defensorem pertinacissimum:
 Oratorem ac exoratorem bonorum
 temporalium ac æternorum incompa-
 rabitem. Habetis in afflicto speculum
 patientiæ, in Doctore eruditionis para-
 digma planè admirabile: Si vultis pro-
 phetam & vaticinandi Spiritu à Deo
 præditum, eundē Luthe-

Lutherus
 viuus &
 mortuus
 Papæ pe-
 stis.
 Pests eram
 viuus, mo-
 riens ero
 mors tua
 Papa.

Beatus Lu-
 therus re-
 uera Pro-
 pheta Ger-
 manicæ.

e rum

Prophecia
B. Lutheri
de morte
Cinglij &
Oecolampadij.

Mors Zuinglij.

rum habetis. Palam hoc postremum
& probatam in gratiam Sacramenta-
riorum vnico exemplo reddere stude-
bo. Erant tempore B. nostri Prophetarum
homines inter Sacramentariorum te-
cem duorixis & altercationibus a natu-
ra peruersa assueti, Cinglius videlicet
& Oecolampadius quibus cum Luthe-
rus noster acriter pro gloria Dei depu-
gnauerat; Hi ipsi turbatores in collo-
quio Marpurgensi de varijs, inutilibus
& superuacaneis quaestionibus ex mer-
philonixias libidine Reuerendissimo
nostro praecceptorum Lutheri litem ibi
dem mouerunt, eundem Diabolicam su-
calumniandi proteruiam saltem exacer-
batum reddere laborarunt. Quod Lu-
therus noster animaduertens, plenus
Spiritu & ardore DEI, fructum existi-
altercandi studio prouenturum, auda-
cter prophetizando praenunciauit: For-
te nimirum, ut quia non necessarijs tu-
multibus Ecclesiam DEI tenellam per-
turbarent, violenta aliquando morte
vterq; abripiendi sint. Ecce per DEUM
Lutherum Prophetam veracissimum
Vixeniam clapsa triennio Zyvinglius

pugn

pugna militari miserrimè interficitur. Occolampadius hoc nuncio percepto, desperabundus quasi repentina morte ad infera barathri regna præcipitatur. Ite nunc sacramētarij & Prophetiæ donum Prophetæ nostro derogate. Miraculosum si quis desiderauerit Lutherum, quis Lutherus sit planè ignorârît, oportet. Totus enim Lutherus tantis admirabilibus & miraculosis effectibus se commendatum reddidit, vt qui nihil in ipso singulare fuisse perfricta fronte clamitant potius illudendi, quàm optosa refutatione confundēdi sint. Agite enim nunquid non *ἐξαιρέτων* planè in hoc viro illud fuit *q̄* eū vniuersus orbis eius impotēti potentiæ (quàm vocant) resisteret, Reges Imperatores, Principes, omnes homines cum oppugnarēt, ne tantillū tamen efficere ac valere potuerint. Nunquid non *μολότῃσσι* istud quod Goliath ille p̄cerus Antichristus Romanus, aduersus quē nullus Imperatorū mutire vel hiscere ausus fuerat, à Davide nostro inermi D. Luthero nudè p̄næ ceu fundæ Davidicæ beneficio interētus & prostratus est? Ne dicā de in-

Mors Occolampadij. Luther in Min. cōfess.

Contra Lutherum nulla valuit potentia.

Pennā ceu fundā Davidicā Lutherus Goliath in Rom. prostravit.



tibus varijs quos à multiplicibus hære-
 tics crebrius excipere, eosdemq; fortis-
 simè ad rarissimum miraculum pro-
 pulsare valuit. Sensit eum profectò sa-
 tis miraculosum Romanus Pontifex.
 Sensit miraculosum eundem Carolo-
 stadius, Cinglius, Stenckfeldius, Anti-
 nomorum colluies. Quid multis?
 Ipse Deus miraculosum eum fore, qui
 Babylonem meretricem magnam ce-
 cidisse fecerit, longis seculis ante præ-
 nunciavit. Quis nunc est vestrum Au-
 ditores minima saltem candoris boni-
 tate præditus, qui non Lutherum no-
 strum vt magnum & electissimum Dei
 organon ex animo reuereatur? si enim
 Moses & Aaron per reductionem populi
 Israelitici ex Aegypto; Iosua per intro-
 ductionem in terram Canaan, Esdras,
 Nehemias Zorobabel, & alij per redu-
 ctionem ex captiuitate Babylonica, no-
 minis maiestatem famæq; celebritatem
 adepti: quãto magis perpetuam & nun-
 quam inter morituram memoriam
 apud nos Germanos meritissimè San-
 ctissimus noster Lutherus merebitur?
 Quippe qui ex papatu plusquam Aegy-
 ptiacæ

ptiacæ, spiritualis nimirum & corpora-
lis miseriæ referto nos eduxit: Ex tene-
bris Idolomania Pontificiæ plusquam
Cimmerijs Christianos erutos ad verã
Euangelij lucem reduxit & ex difficili-
ma bestia Babylonicæ seruitute, veræ
libertati Christianæ restituit: vt nunc
ore, pennâ, corde, & omnibus membris
nihil nisi magnum, magnum, magnum
Lutherum grati animi loco cum nun-
cupare adstricti simus: quo nec ætas post
Apostolos maiorem tulit, nec eidẽ po-
steritas parem habitura est nostrum ita-
que est. Nostrum præcipuè VViteber-
gensium, quibus splendor Euangelij præ-
alijs multis nobilissimis regionibus &
prouincijs illuxit: Vt Dei beneficia in
vero hoc admiremur organon illud fe-
lectissimum competentibus Trophæis
prosequamur: Tubam Sacrosanctæ
trinitatis clarissimam aures nostras per-
sonantem lubentissimè patiamur. Nec
deterreât nos sceleratæ Sacrificulorum
Romanensium calumniæ, quibus ex
compunctionis Spiritu Hæresiarcham
nostrum Lutherum ferociter intonant.
Mendaces sunt, vt verborem expediam,

Phil. in præfat. lib. de ver. sent. de cœna Domini. Calvinus Lucianus est per ἀναγραμματισμόν: omen nominis per se ferentem.

Pontificij, Diaboli mores imitantes nugaces, vani, impij omnib. modis detestabiles, nec mirum si progenies ista viperarum tanto viro dicam scribere non exhorrescat; quæ ipsi Christo bellum inferre nunquam desistere potest. Triumphet ergo Lutherus noster, triumphet adversus omnes omnium. Esauitarum & nigellorum Monachorum calumnias. Triumphet hic ipse Lutherus adversus pestilentissima Sacramentariorum cōvicia, qui Carolo stadium illum hominem mentis vesanæ & communi sensu iuxta Philippum Melanctonem carentē Cinglium turbulētum Matæologum, Calvinū ineptissimum Lucianum sanctissimo nostro patri Luthero tū quoad reformationis ἐνέργειαν, tum quoad Scriptorū elegantiam, Majestatem & sinceritatē longissimis parangis anteferre minimè verentur. Valeant iactabundi isti Thrasones, homines παντελῶς in rebus Theologicis effrontes, omnique candore vel politico saltem in iisdē destituti: Missum faciant nobis Lutherū, qui noster est, & solum noster est. Nimirum indigni sunt tene-

bri o
vnic
liter
cim
co v
pro
repu
Sub
ipso
Meg
qua
tunc
con
elap
str
ped
tur.
nos
S. i
rog
rab
mis
istu
NV
sti,
ad
cle

briones isti & mililli Doctores, qui vel
 vnicā B. Lutheri aspiciant conscriptam
 literam, quam nos vnā tanti meritō fa-
 cimus vt vniuersa eorū volumina toxi-
 co venenato vndiquaque refertissima
 pro σκυβάλοις (pace ipsorum dictum sit
 reputare piaculum minimè ducamus.
 Subsistā hic auditores præstantissimi in
 ipso recitationis calumniarū aduersus
 Megalādrum nostrum Lutherū iudice,
 quas fortè aliā occasione liberius con-
 tundere, dignaq; gratulatione excipere
 conueniētius licuerit, id, q̄ tum horæ
 elapsus terminus, tum beneuolētiæ ve-
 strę conseruāda hilaritas nunc latius ex-
 pediri suo quodā iure prohibere viden-
 tur. Te æternæ DEVS pater Domini
 nostri IESV CHRISTI cum filio & S.
 S. intimis votis ac suspirijs suppliciter
 rogatū volumus, vt q̄ diuinā & inenar-
 rabili misericordiā verū tuum postre-
 mis hisce tēporibus nobis per organon
 istud à te dilectū & delectum MARTI-
 NVM LVTHERVVM resplendescere feci-
 sti, illud nobile depositum etiam num
 ad posteros benignissimè propages; Ec-
 clesiam miserrimis onerib. oppressam
 aduer-

Sacramen-
 tariorum
 scripta ve-
 nenata,
 σκυβάλοις
 sunt ad com-
 parationem
 librorum B.
 Lutheri.

40 *Oratio De Luth. Magno.*

aduersus rabiem Diabolicæ Pontificis
Romani tyrannidis custodias atque de-
fendas, V Vitebergam nostram, totum-
que Electoratum Saxonix clementissi-
me conserues: Adiuua nos Domine
DEVS noster, in te enim & in tuo no-
mine fiduciam habentes oramus con-
tra hanc multitudinē: Domine, DEVS
noster tu es, ne præualeat contra te ho-
mo. Tu solus potens, tu solus miseri-
cors, Tu solus in aduersitatibus libera-
tor paratissimus. Tibi itaque soli, DEO
DEORUM, regi regum, Domino Domi-
nantium, sit laus honor, decus, trium-
phus, & nunc & vsq; in sempiter-
nas seculorum Aeternita-
tes, Amen.

*Leonhardus Hutterus D. pro tempore
Collegij Theologici Decanus orationem hanc
legit, expendit approbavit manu propria.*

Rector

2. Paralyp.
14. v. 11.

C
Festo
tus el
tus,
nobis
hoco
tidie
form
anim
biles
fitud
diem
refor
ab hi
mort
ditio
glori
re sib
E R A
P A P
num
natio
vigin
mnes
Quic
ab ro
defici
duxit
sefe o
Deus

Rector Academiae VViteber-
gensis,

A N D R E A S S C H A T O

Med. Doctor & Professor.

Chrastino die, si Deus voluerit, 12. Calend. Martij
erit: qui in antiqua rerum Romanarum historia
Festorum solennitate & aliquot Triumphis nobilita-
tus est, de quibus nunc quidem vt dicamus explica-
tus, nec locus, nec instituti ratio permittit. Sufficiat
nobis, obiter mentionem rerum istarum iniecisse, &
hoc exemplo industrium iuuentutis excitasse; vt quo-
tidie veteris alicuius historiae, quae vel delectet vel in-
formet, recordentur: & quae praesentia sunt compulet,
animi cogitatione cum praeteritis, videantque mira-
biles rerum humanarum in hoc Mundi theatro vicif-
situdines. Nostra sane, aut patrum memoria, crastinum
diem, quo de mentio facta, celebrem fecit in Ecclesia
reformata MARTINVS LVTHERVS, qui annis
ab hinc quatuor & quinquaginta Islebiae hoc ipso die
mortuus fuit: hoc est, de Antichristo & filio isto per-
ditionis abs se, per Spiritus sancti operam, de victo
gloriosissime triumphauit, & titulum illum omni iu-
re sibi debitum in Christiana repub. inuenit; **P E S T I S**
E R A M V I V V S, M O R I E N S T V A M O R S E R O
P A P A. Historiae docent, a condita vrbe ad Vespasia-
num & Titum Imperatores, deuictis debellatisque
nationibus ab vltimo orbe, Romanos per tot secula,
viginti supra trecentos egisse triumphos. Sed quid o-
mnes isti triumphi, si cum hoc Lutheri componantur?
Quid nationes & populos ab extremo terrarum orbe
ab Romanis defictis memorabimus? Lutherus **E V M**
deficit, qui, teste Spiritu Sancto **T O T V M M u n d u m** se-
duxit, Mundum autem qui seduxit? immo eum, qui
se se opposuistit & extulit aduersus quicquid dicitur
Deus aut numen: adeo, vt in templo Dei sederit, praesens

se ferens se esse DEVM, de CO LVYHERO, cras ho-
râ IX. in auditorio maiori, verba facturus est MAT-
THIAS HOE, Nobilis Austriacus; cuius ingeniū,
eruditio & pietas nobis & toti Academiae iam diu
probata non in vno genere doctrinarū; & specimen
cunctae Iuuentuti & in primis nobilitati facta est. Ad
cuius auscultationē vos impensius rogatemus, nisi
persuasum nobis esset, hunc diem ab aliquorum an-
norum decursu memoriae & manibus Lutheri quasi
consecratū esse; vosque cum antehac huius Viri lau-
des, quae sunt MIRABILIA DEI, non intentē
solum, verū obnixē in eiusmodi concionibus au-
diuisse; tum cras etiam pari studio & frequentia au-
dituros. Laus & memoria SANCTORVM flo-
reat in Ecclesiā P. P. XVII. Februa-
rij, Anno Christiano,

C!D DC.

AD REVERENDVM DN. MAT-
thiam Hoe, amicum singularem, Po-
pularē & consalaneum exopta-
tissimum deproperabam.

ANDREAS TALLINGER.
Aust. V. I. D.

PONTIFICES pereant, pergat CAL-
VINVS ad ORCVM:

Perpetuo vigeāt, scripta LVTHERE tua.
HVNC in MATTHIA, meritis iam laudi-
bus effers.

Vmbriis, cum pietas sit, sua iusta dari.

Tuus.

Aliud.

Aliud.

SOLEM, Mundi animum ac mentem
regimenq; dierum,

Rem facilem, verbis magnificare, putant.

Nec mihi difficilis visa est, celebrare LV.

THERVM.

Vber habet laudis semen uterque sua.

At Lutheri animū trifidag; tonitrua lingua

Et linguâ atque animo posse probare pari.

Romulidis hodie, laudē meret, HOE; vel ipsis

Aemula quæ radijs lumina solis habet.

FRID. TAVBMANVS,

Poëta & Professor Publicus.

AMICO SINCERRISSIMO POPP-

lari Clarissimo, Consalaneo Exoptatissimo.

SS. Litterarum Studiosissimo.

ECce novo lux præclarissima lumine pro-
dit,

Nunc age culta nouū pange Thalia Melos.

Nam tibi **MATTHIAS** primis deuotus ab
annis.

Pro **CHRISTO** & pro te verba, Lutherè,
facit.

Verba Lutherè facit pro te prænobilis **HOE**

Damnans Rom. ani dogmata falsa Papa.

Vinc

Aliud.

Vive Luthere, vige, gaude, letare, triumphare.
Defendis libros, acriter Hoc tuos.
Pontifices ergo valeant, valeantq; Paparum
Commenta & valeat vertice raso cohors.
Sordidus illoto piceum mittatur in Orcum
Perstringens canam Zuinglius ore sacram:
Impius & pereat Calvinus, quiq; Geneitam
Fadavit veluti, seruet acerba lues,
O salve venerande pater pater optime salve,
Aonij salve cultor amansq; chori,
Te moriente omnis concordia cessit ad Astra,
Paxq; sepulta omnis te moriente fuit,
Aeternū salve atq; vale o anima ad alta caelo,
Et frueri aethereis tempus in omne bonis.

Hæc pro Luthero.

Ad perorantem.

Quid primum hic mirer quid nam pro-
ponere malim?

Vir ubi spartā ornat non data sparta virū
Quid memorē virtus quam rara & mascula
virtus?

Gratia quæ lingue quantus & oris honor?
Clarus aus vir hic iuuenis per utrumq; parē
Ingenij quæ sit vis data quisue vigor, (iē.
Non

*Nō satis in promptu valeo discernere, in vno
Conspicor aeterni dona tot ampla Dei.
Ingenium, linguæq; decus pectusq; refertum
Egregia variâ cognitione rei
Religio, pietas, animi submissio, candor,
Sobrietas in te Nobilis Hoc nitent. (quē,
Deniq; quàm totus benè sis formatus ad un-
Tam multis quid .n. cuncta referre iuvat?
Pieridum scrutatus eras mysteria cuncta,
Hinc varijs calles texere metra modis.
Et cum Rhetorice tibi sunt commercia cultâ
Tum Logices modos solvere ritè vales.
Ergo breui spacio percurris, cætera multa
Quod nequeat pubes perdidicisse die
Nec contentus ijs, maior sed cura fatigat,
Particula, æthereo semine quæque sata est.
Atq; memor vitæ post ultima fuxera longum
Viuerè caelestes, inter & esse choros
Diuina haud segni studio, monumētareuoluis
Vnde petas anima pharmaca sana tua.
His igitur pulcris maçtè ò pulcherrime ceptis
Rectè Lutheri scripta tuere pÿ
Assere propugna, defende, tuere Lutherum,
Sint Cynosura tibi Biblia sola sacra
Lux tua per patrias diffusa splendeat oras.
Dent passim mores lumina clara tui.*

Et

*Et DEVS hoc tandē de carcere corporis agri.
Dimisso, at hercā det tibi lace frui.
Det tibi caliculum latis accumbere mensis
Nectareoq; acrem fonte leuare sitim.*

*Meo Amicorum Ocello
Artissimæ necessitudinis ergo
F. vnice tuus.*

*Iohannes Carolus
Sinich Nobilis
Austriacus.*

F *At non casu MATTHIAE nomine
gaudes:*

*In te nam fulgent plurima dona DEI,
IUS hominum (quia vis,) mittis. caelestia
tantum*

Iura foues, rarâ nobilitate viges.

*Maçte noua virtute. DEVS pia capta secūdet
Sapè tui similes AVSTRIA culta ferat.*

*Fautori suo honorando F.
M. Clemens Anomæus.*

A *ggreditur soli tenebras offūdere quisquis
Atro dēte parat LVTHERI incessere
crimes.*

*Complētis totum meritis illustribus orbem.
Factio, bellorū capitum, sed crine cauentum
Et tamen extinctū vexat leporina Leonem
Acce-*

Ac cerebro, quas tu pecudes cōpescis inertes,
Optime MATTHIA, digna dum laude Pro-
Euebis Islebiū sacro stimulatē senatu. (phetā
O felix sanctusq; labor, quo nobile nomen.
Incrementa feret, memoriq; sacrabitur suo.

F

Philippus Mauricius.

EXUL in his terris pietas ut fortè LV-
THERVM

MATTHIA vidit te celebrare suum:

Astitit, & magnas illius nomine grates

Egit & hos lato fudit ab ore sonos:

Salve magna mea salve spes altera gentis

Laudibus alterius jam tibi crescit honos.

Ergo age ad exemplū tātū ducis, ac tuba quom-

Tu quoq; nil dubito, clara salutis eris. (dā

Tobias Schnidhauff, Laureacēsis.

LECT. S.

Errata quæ præter spem irreperunt.

Pag. 3. Consultissimi, pro Consulissimi. pag. 13.
profecto pro perfecto. pag. 17. scripta, pro scriptæ.
pag. 17. causa, pro causæ. pag. 23. cum, pro eum. pag.
23. sollicitatus pro sollicitatus. pag. 24. stabulum, pro
capulum. pag. 26. blasphema pro blasquema. pag.
26. mandant, pro mendant. feruet, pro seruet. diffu-
se pro diffusa, legatur, &c. Hæc beneuolus Lectos
nam cæteris σφάλμασι haud grauatim corriget.

FINIS.

~~Handwritten text, possibly a title or header, written in blue ink and crossed out with a blue scribble.~~

Philippus Mauricius

Philippus Mauricius

THEATRA

MATHEIA videtur celebrare

magnum illud nomen gratias

Agit & horatio fides ab ore sonat

magnum nomen fides ab ore sonat

magnum nomen fides ab ore sonat

magnum nomen fides ab ore sonat

magnum nomen fides ab ore sonat

magnum nomen fides ab ore sonat

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.

LECT. 2.



Faint, illegible handwritten text on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

ULB Halle 3
004 954 424



V017



VViteberga
hoc est Lu-
therus redi-
uius.

4
p
b
to
p
a
n
re
a
te
fu
m
D
ga
pr
hu
pu
ue
spe
pe
ce
ex
in
fu
cit
ma
est
Mi

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

3/Color Black

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



er. sacra
n. debit
A- lem f
is rum a
fi. orum
y- potiu
co volup
a- cutan
if. Vene
æ pitud
er nobis
e- gitar
er stitui
s, hono
ti licitat
l- deatu
l- pa, ce
e- cecid
ni vero
n bund
c rijt, J
ni licuit
am, Z
am, si
ctitar
dens
pturu

